



W K

SVM MOS  
 IN ARTE SALVTARI  
 HONORES  
 V I R O  
 NOBILISSIMO ATQVE CLARISSIMO  
 DOMINO  
 CHRISTIANO  
 FRIDERICO

**Sate**

TORGAVIENSI MISNICO  
 MEDICINAE LICENTIATO

DIGNISSIMO  
 IN ACADEMIA VITEMBERGENSI  
 IPSIS CALENDIS OCTOBRI BV S  
 A. P. C. N. c<sup>o</sup> 13<sup>cc</sup> XXII.

RITE COLLATOS

L. M. Q.

GRATVLATVR

**ORDO MEDICORVM.**

---

VITEMBERGAE  
 LITERIS VIDVAE GERDESIAE.

Ak





DOMINO  
CHRISTIANO  
\* \* \*



ondigna cunctis praemia Leucoris,  
Quos nouit, auctos indole filios  
Praestante, Musas diligentes,  
Distribuit merito, lubensque.

Fastidit illos, qui uacuo suam  
Torpore uitam turpiter exigunt,  
Illamque factis, heu! subinde  
Degeneres maculant, malignis.

Quos blanda uinclis luxuries tenet,  
Talosque coecis retibus implicat,  
Ne semitam possint honorum  
Scandere gressibus impeditis.

Ad Sacra Magni nullus Apollinis,  
Accedit, horum qui numero miser  
Versatur, impuris acerbum  
Moribus exitium parando.

Sed pura Musis uita, sed integra,  
A perditis seiuncta, malis placet,  
Quos innocens ducit uoluptas,  
Qui monitis placide obsequuntur.

Id quisque, sortem qui fugit infimam,  
Quique imperitae plebis ab artibus  
Se segregat, multo labore,  
Mente animoque probo reuoluit.

Hos inter, HAKI, Te merito Tuo,  
Deprendimus, merces Medicae cui  
Tradatur Artis clarioris,  
Summaque cui pateat Cathedra.

Plures per annos Leucoreos Tibi,  
Haurire riuos, Nectare turgidos,  
Non displicet, doctisque cultam,  
Artibus hic satiare mentem.



Quae tradebantur, gnauiter auribus  
Arrepta, semper pectore sedulo  
Seruare, ceu prudens Mineruae  
Discipulus, cupide sciebas.

Testatur istud iam bonus exitus,  
Nec spes fefellit credula, quae fouet,  
Ardore suaui, consecratos  
Pieria studiis in arte.

Gaudens Hygea plaudit, et excipit  
Inter peritos Te Medicos Dea,  
Mystae nouo congratulatur,  
Multaque commoda pollicetur.

Et Noster Ordo, praemia conferens,  
Summos Honores esse iubet Tibi  
Multae saluti. Quo uel omnis  
ARTE TVA RELEVETVR AEGER.



19. Jan. 1996

78 M 395


ULB Halle 3  
001 504 401



TA 202

VDA









6

SVM MOS  
IN ARTE SALVTARI  
HONORES  
V I R O  
NOBILISSIMO ATQVE CLARISSIMO  
DOMINO  
CHRISTIANO  
FRIDERICO

**Sate**

TORGAVIENSI MISNICO  
MEDICINAE LICENTIATO

DIGNISSIMO  
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI  
IPSIS CALENDIS OCTOBRIBUS

A. P. C. N. c<sup>o</sup> 1<sup>o</sup> 1<sup>o</sup> cc XXII.

RITE COLLATOS

L. M. Q.

GRATVLATVR

ORDO MEDICORVM.

VITEMBERGAE  
LITERIS VIDVAE GERDESIAE.

AK